



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis, Et Breviarii Romani.

In quibus origo cuiusque Ritus, causae historicae, vel mysticae, ex
maiorum ingenio, Theoria, Praxis, obligatio, & exquisitus vsus, additis
opportune Decretis omnibus S. Rituum Congreg. quàm breuissimè
explicantur.

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1647

Candido Lectori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9521

CANDIDO LECTORI



EC Sybillæ folia , in quibus scribebantur oracula , & que
auris cœlestibus afflati olim solita fuisse , Poetæ suis fabu-
lis memoriae prodiderunt , tām citō per antrum sparge-
bantur , quām citō per Vebem , atque hinc per Orbem
vix Typis missa , ex officinis Bibliopoliarum volitarunt
eruditissima Commentaria in Rubricas Missalibus , & Bre-
uiarij Romani , à R. P. D. Bartholomæo Gauanto Clerico
Regulari . S. Pauli diligentissimè elaborata , fuerit dignitas
plane cœlestis Rituum Sacrorum , quorum traditur accu-
ratiſſima cognitione : fuerit nobilitas præclarissimi ordinis , qui aurea veluti Ca-
tena , dum geminas sacrarum eruditionum in vnius voluminis aureo tamquam
in monili conclusis ; illustriores effecit : fuerit demum utilitas , seu necessitas
præstantissimi operis plenissimique factæ delectationis , quæ vniuersos penè Or-
dines Reipublica Christianæ , vt emerent , ac lecitarent , pellexit . Illud certè
vero est verius , tām felicibus auspicijs in lucem opus prodijisse , vt prodire ire-
rum homines sapientissimi non cupiant solum , vtrum rogant etiam vehementius ,
rara operum felicitate , his præsertim temporibus , in quibus librorum supereffluens
copia legendi satietatem inuexit . Quorum ego honestissimæ postulationi ita occur-
tendum existimauī , vt nouis , supra recentas , præclarissimis Annotationibus dita-
tum opus , ijsque Romana lance non semel examinatis , illultrioris Tituli nouum
præferat in fronte decus . Ac quemadmodum in eo congregatæ , conclusæque sunt
Christianæ pietatis , & diuini cultus , prætiosissimè opes , vt vix quidpiam in hac par-
te desiderare aliud religio hominis solertissimi possit ; non secus , vt rerum opulen-
tissimæ dignitati nominis præstantia responderet , *Thesaurus Sacrorum Rituum*
deinceps appelletur .

Sed Thesauri , qui vel in publico Ciuitatis , vel Cæsaris loco inueniretur , dimi-
dium esse Cæsaris , dimidium Inuentoris naturalem æquitatem securi Romani Prin-
cipes præclaris Constitutionibus olim statuerunt : opportunè ad rem meam , atque
ex animi sententia ; An melius optari quidpiam à me poterat , quām vt Thesaurus
hic à me inuentus , ipso vel Iure Cæsareo , summo deberetur Pontifici , ac integerri-
mo eiusdem Nepoti ; quorum alterum rerum Sacrarum Arbitrum supremum , alte-
rum proximum Ministrum cœlestis . prouidentia Ecclesiæ suæ dedit ? Curæ igitur
secundæ huius excludendi opeis omnis pròrūs expertes sunt curæ , cùm nouæ Epis-
tola nuncupatoria , tūm exquirendi Sacri Principis , cui possent hæ iterum dicari .
Priorem enim partem VRBANI VIII . Pont . Maximi ; alteram esse Francisci Car-
dinalis Barberini , non loci possessio , in quo inuentus Thesaurus est , sed Maiestas
nominis , quo inscriptus est , apertissimè demonstrat .

Si quæ mihi pars Inuentori obueniret , ca demum tota eorumdem est , quibus ego
iam pridem , & meas , & me ipsum lubentissimè deuoui . Vale Candide Lector , &
Thesauro in compendium misso sospes fruere .

FRAN-